



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Contentio contra proximum qua quis nequiter proximum inuidit,
peccatum est mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

Nam si primo modo concurrit fictio , consequens est ut lucrum hoc fraudulentum sit . & iste simulator reus sit fraudulentæ actionis acquisitiæ : & proprie- rea tenetur ad restitutionem , sicut quilibet alias ex fraude & dolo acquirens . Non est tamen restituendum illi qui eleemosynaliter dedit , sed Christi pauperibus , seu operibus talibus qualibus ille qui dedit , putauit se dare: quia & quo dator eleemosynæ prin- cipaliter dedit Christi bonis seruis seu pauperibus , seu pro Missis & orationibus expositis , iam ius quæsitum aut quasi quæsitum est Christo , qui mercedem redidit (iuxta illud : Qui dederit calicem aquæ frigidæ alicui in nomine discipuli , non perdet mercedem suam) iam non est suum quod dedit Christo in nomine disci- puli , siue ille sit verè discipulus siue non .

Si vero fingit quis se bonum aut sanctum non ra- zione lucri , non tenetur restituere , sed satisfacere deuotioni eleemosynam dantis : quia licet dans decipiatur in opinione bonitatis ab isto hypocrita , non tamen decipitur ab eodem quantum ad actionem dandi eleemosynam , sed ad hanc ex propria deuotio- ne ducitur .

*Contentio contra proximum qua quis
nequiter proximum inuidit,
peccatum est mortale.*

Rixa (hoc est contentio ad facta proueniens ex in- ordinato animo : ut quum propria auctoritate unus alterum inuidit) peccatum est mortale ex pro- priogenere: quia nocua est proximo . Et si ex utra- que parte rixa tener (hoc est quod mutuo contra se pugnant irati) utrinque est peccatum mortale . Si au- tem altera pars soli defensioni operam dat , non est ex parte eius rixa .

Aduerte tamen si seruata est moderatio in culpa-